

Ad taenias et lumbricos necandas

CXL. Ad taenias necandas, eiciendas per triduum alium quam plurimum edat et betaceos, caseum mollem; secundum hoc filicis Macedonicae contusae aridae et cibratae X p. VIII cum melle, quantum ipse voluerit, consumat. post horas quattuor detur ei aloes et scamoniae singulorum 5 victoriati pondus ex aquae mulsae cyathis quattuor; cum cooperit desurgere, aqua calida supponatur. licet et sine aleo pridie incenato dare utraque medicamenta.

CXLI. Ad lumbricos satis commode facit et Santonica herba, quae non viget, et cornu cervinum limatum lima lignaria, quantum quattuor vel 10 quinque coclearia, ex aquae muxarum decoctarum cyathis tribus, rapi etiam seminis cyathus ex passi cyathis tribus pridie maceratus, deinde tritus et datus aqua exigua adiecta.

Ad prolapsionem et libidinem nimiam
desurgendi extremi intestini

15

CXLII. Tenesmos est irritatio ultimae partis directi intestini, in quo vitio saepius libet desurgere sine causa. proderit ad hoc, quotiens desur rexerit, vino austerrissimo et aqua calida si foverit vel verbenis ex myrthae et olivae ramulis factis ita, ut duae partes myrthae sint. quin etiam penicillum intinctum et non nimis expressum ex alterutro eorum ano ad- 20 positum proderit habere vel eodem modo glomus staminis albi: diutius enim vaporem continet. perungendus anus erit specillo lycio Patarico vel